

clesia sibi commissa reservatis, & omnibus debitis A
ipsum Ecclesiam perfolutis, quidquid mobile reser-
vatum fuerit intuitu Ecclesie acquisitum, sive in pe-
cunia, sive in rebus comestibilibus, sive animalibus,
licet Christi pauperibus ante sui obitum dare possit.

Toletanum Concilium anno mcccxxiv. Canone
v. statuit ut Nullus Clericorum bona intuitu Eccle-
sie acquisita, filijs vel filiabus suis det, vel conse-
crat inter vivos, vel in testamento, contra Canonum
instituta, dimittat. Præcipitque omnibus Episcopis
in virtute sancte obedientie, quod jura super hoc
edita diligenter observent.

An & quomo-
do jus com-
muni testa-
menti Episco-
pi competet?

III. Seculo cadente xiv. Carolus VI. Rex Chri-
stianissimus Jus faciendi testamenti Gallicanis
Episcopis competere, & ipsorum hæredes ad repa-
rationes ædium Episcopatum teneri declaravit,
prohibuitque ne Romani Pontificis Ministri in
spolia morientium Episcoporum manus injicerent.
Licet, inquit, de jure, usu, & consuetudine, & com-
muni observantia notorie observatis, Episcopis Re-
gni nostri testari liceat, & in suis testamentis exe-
cutores ordinare, qui executores, aut saltem ipso-
rum Episcoporum heredes, ad faciendum reparatio-
nes ædificiorum Episcopatum per Judices & Offi-
ciarios nostros compellantur, & compelli consueve-
runt. . . Attamen nunc cum Episcopum in Regno no-
stro ab hac luce migrare contingit, Collectores &
Subcollectores Summi Pontificis in Provinciis qui-
bus subsunt hujusmodi Episcopi, ipsius Summi Pon-
tificis auctoritate, bona mobilia & immobilia ex de-
cessu talium Episcoporum relicta; etiam illa quæ
per suam industriam quaesierunt, quæ amplius ipso-
rum Episcoporum non sunt, neque censentur, sed
ad suos heredes, aut eorum executores spectant, ca-
pian: & nihil de his in reparatione seu refectio-
ne ædificiorum & aliorum hereditagiorum dictorum
locorum Episcopatum eo casu convergentes; nulla
etiam solutione aut satisfactione dictorum Episco-
porum creditoribus facta: prædicta bona hereditibus
Episcoporum totaliter amovendo, ac ipsos contra jus
& consuetudinem exheredando, in juris nostri Re-
galitæ post obitum dictorum Episcoporum nobis in
eisdem Ecclesiis competentis, ac totius Reipublice
prejudicium non modicum & gravamen. Datum est
hoc Edictum die 6. Octobris anno mcccxxxv.
Extat inter Probationes Libertatum Ecclesie Galli-
cane; Cap. xxii. Num. vii.

Decimæ in-
feodate.

IV. Decimas infeodatas ex Ecclesie concessione
laici possidebant, ut docet Innocentius III. C.
Tua, De Decimis, lib. iii. Decretalium. Nec occa-
sione decimationis antiquæ (inquit) licet in feu-
dum decime sint concessæ, sunt decime novarum
usurpanda: cum in talibus non sit extendenda li-
centia, sed potius restringenda. Et Cap. Cum A-
postolica: De his quæ sunt à Prelatis sine consensu
Capituli, (in eodem libro.) In Lateranensi Con-
cilio est inhibuitum (inquit) ne qualibet religiosa
persona Ecclesias & Decimas de manibus laico-
rum, sine consensu Episcoporum recipiat. Per quod
indirecte datur intelligi, quod sufficit consensus Epis-
copi, ut licitum Ecclesie sit Decimas de manibus
recipere laicorum. Hoc autem de illis decimis in-
telligimus, quæ laici in feudum perpetuo sunt con-
cessæ. Idem Pontifex Epistola ix. lib. xvi. Sue-
tionensi Capitulo indulget ut Decimas infeoda-
tas à laicis redimeret; ea lege ut laici ad con-
suetam servitiam, quæ ratione decimarum hujusmodi
Ecclesie debebant, tenerentur, postquam illarum
pretium percepissent. Nos volentes super hoc Ec-
clesiis, quibus hujusmodi debentur decima, provi-
dere, præferri eas volumus in redemptione tallium
decimarum. Quod si nolint, vel forte non possint,
redimendi eas ad opus illarum Ecclesiarum vobis

concedimus facultatem: proviso nihilominus ut con-
suetæ servitiam, ad quæ laici pro decimis illis Eccle-
sie tenebantur, etiam post contractum talis vendi-
tionis impendant, cum ad eos pretium perveniat ea-
rundem: nisi forte tam modico pretio velint esse
contenti, quod ob hoc Ecclesia ab exactione servi-
tiorum illorum, tanquam pro redemptione majoris
incommodi, valeant abstinere. Data est xii. Kalendas
Aprilis, Pontificatus anno xvi. Id confirmat Ale-
xander IV. Cap. Statuto, De Decimis, in Sexto.
Quamvis forte (inquit) à Religiosis exemptis, & aliis,
siant infeudationes de decimis detentis à Laicis,
& idem laici quod illas ab ipsis Religiosis in feu-
dum teneant, recognoscant: non tamen licet Reli-
giosis eisdem post talem infeudationem, vel reco-
gnitionem sic de facto præsumptam, hujusmodi de-
cimas de manibus laicorum ipsorum acquirere, vel
recipere, absque Diocesanorum Episcoporum assensu.
Illas autem decimas intelligimus posse taliter à Reli-
giis de manibus laicorum recipi vel acquiri, quæ
ante Lateranense Concilium ipsis laicis in feudum
perpetuo fuere concessæ.

Id demum confirmat S. Thomas Secunda Se-
cundæ Quest. lxxxvii. Art. iii. in Responsione
ad tertiam Objectionem. Sicut (inquit) res no-
mine decima acceptas, potest Ecclesia alicui laico
tradere: ita etiam potest eis concedere ut dandas
decimas ipsi accipiant, jure accipiendi Ministris
Ecclesie reservato: sive pro necessitate Ecclesie,
sicut quibusdam Militibus decima debentur in feu-
dum per Ecclesiam concessa: sive etiam ad subven-
tionem pauperum, sicut quibusdam Religiosis laicis,
vel non habentibus curam animarum, aliqua deci-
ma sunt concessæ per modum elemosine.

SCHOLION.

In hoc Articulo, pag. 209. Edit. primæ, Religiosi Cen-
sores hanc propositionem notant: Rex Gallie prohibet ne
Romani Pontificis Ministri spolia morientium Episcoporum
occipiant.

R. Carolus Sextum Regem Christianissimum id pro-
hibuisse, probat ejus Edictum, cujus verba decipit.
Historiæ res est.

ARTICULUS VII.

De Immunitatibus, & Oneribus Ecclesiarum.

I. Clericos exactionibus, procurationibus, ven-
tagialibus, pedagiis, subdi passu non est
Ecclesia xiiii. & xiv. Seculo, etiam ratione patri-
monii & hereditatis, nisi uxorati essent, vel mercat-
uram exercerent: & Censuris Ecclesiasticis eo-
rum immunitatem defendit. Qua de re legendi
Canon xlvii. Concilii Lateranensis iv. Concilii
Avenionensis anno mccc. Canon vii. Concilii
Narbonensis anno mcccxxvii. Canon xii. Concilii
Tolosani anno mcccxxx. Canon xx. & xxi. quo
tamen statutum est ut Si per successionem heredita-
riam aliqua possessio feudalis, seu etiam censualis,
ad eorum manus deveniret, pensiones & onera ip-
sis in posterum adnexa solvere teneantur. Concilii
Biturretensis anno mcccxvi. Canon xxviii. Con-
cilii Nannerensis anno mcccxiv. Canon vii. Colo-
niensis anno mcccxv. Canon viii. Budensis anno
mcccxxix. Canon lxx. & lxx. Compendiensi
mccciv. Canon ii. Nugarolensis mccciv. Canon
ii. Avenionensis anno mcccxxv. Canon xxxii.
Andegavensis anno mccc lxxv. Canoncs xxiiv.
xxiv. & xxv. Varenensis anno mcccxxviii. Cano-
nes xcvi. xcvi. & xcix. Narbonensis anno m.
ccccxxiv. Canon xxv. Quibus Clericis & Religiosis

Clericorum
immunitas à
venitagialibus
& pedagiis.

Viris